



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 90. Pontificis responsum in quodam Patrum Senatu ad Mendozam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

Sæc. XVI.  
A.C. 1547.

## §. XC.

*Pontificis responsum in quodam Pa-  
trum Senatu ad Mendozam.*

Vix Pontifex hanc Epistolam accepe- *Pallav. l. 10.*  
 rat, cum illico haud exspectato Pur- *c. 10. n. 1.*  
 puratorum Senatu, qui ob Dominicæ *Fra Paolo*  
*Nativitatis festum celebrari non pote-* *hist. Conc.*  
*rat, die vigesima sexta Decembris san-* *Trid. l. 3.*  
*cto Stephano sacra Cardinales ad Sa-* *p. 259.*  
 cellum suum convocaret, eisque Syno-  
 di responsum communicaret: Altera  
 vero die vigesima septima ejusdem men-  
 sis in S. Joannis Evangelistæ Festo ho-  
 ris matutinis iidem Cardinales ad eun-  
 dem locum convenerunt, eorumque po-  
 tissimi Concilii respcionem approba-  
 runt; quapropter summus Pontifex per  
 eum, quem a secretis habuit, accersi-  
 to Mendoza Oratore in hanc sententiam  
 verba fecit, eum sic alloquens: „Quan-  
 „tocius tibi responsum dedissem; cum  
 „vero tu Cæsaris Domini tui mandata  
 „præsentibus cunctis Cardinalibus ex-  
 „posuisti, magis consonum videbatur,  
 „ut ego Purpuratorum sententias ex-  
 „quirerem, quod etiam nunc feci. „Enarravit deinde Pontifex rationes,  
 ob quas Bononiensem Patrum consilia  
 explorare voluerit: præcipue vero co-  
 mendavit diploma hanc in rem Bono-  
 niam

E e 3

Sæcul. XVI. niam summa celeritate eo ex fine trans-  
A C 1547. missum, ut Oratori Cæsareo satis fieret:  
 insuper recensuit omnia per Concilii  
 Præsidem gesta, necnon Patrum respon-  
 fa, quæ Purpuratorum Collegio non  
 modo rationi, sed etiam veterum Con-  
 ciliariorum Decretis apprime consona vi-  
 debantur. His addidit summus Pon-  
 tifex: *Summopere mihi cordi est Germa-  
 nice salus, quod omnibus, sed præ ceteris  
 ipso Cæsari contpertum erit ex luculentis plu-  
 rium annorum testimoniis: paratus etiam  
 sum ad omnia boni Pastoris munera conti-  
 nuanda, cum mihi persuadeam, quod Ca-  
 sar, Rex ejus frater, & inclyta Germa-  
 norum natio, non alia ratione ea posulet,  
 nisi quatenus peragi possunt absque dissidio,  
 ac perturbatione; sed potius per pacem con-  
 cordiamque reliquarum nationum, & illa-  
 sa Concilii, atque Ecclesiæ libertate.*

Quinimo nonnulli (\*) a Pontifice  
 hæc prolata referunt: *Pro paterno meo  
 in Cæsarem & Ferdinandum affectu opta-  
 rem quidem, ut potuissim respondere eorum  
 postulatis magis ex animi sententia, sed a  
 Pontifice, Ecclesiæ capite, id solum expe-  
 candum est, quod provida administratio  
 publicæ rei cogit statuere. Porro satis per-*  
*speda*

(\*) Melius ac verius dixisset Continuator,  
 quod solus mendax Paulus Sarpius hæc a Pon-  
 tifice fuisse prolata referat.

specia est mihi Cæsaris prudentia, & filia-  
lis dilectio: proinde confido, quod A.C. 1547.  
ea, quæ a tot Patribus necessaria judicantur,  
a qui boni consulat, simulque juheat, ut  
Præfules Hispani, qui Tridenti commorantur,  
confestim se Bononiam conferant, &  
Germania conditiones a Concilio propositas  
non rejiciat, suosque quamprimum Præfules  
eo mittat: ac demum ut Synodo de con-  
ditionibus præstandis abunde caveatur.

### §. XCI.

*Carolus Guisius accepto Romæ gale-  
ro Cardinalis renuntiatus.*

Sub idem tempus Cardinalis Madru-  
tius ad Patrum Senatum die decima  
quarta Decembbris habitum introductus  
ea, quæ ei Cæsar in mandatis dedit,  
exposuit, Pontifex vero eodem die Ca-  
rolum Guisium Rhemensem Archiepi-  
scopum Claudii Lotharingii primi Gui-  
siorum Ducis filium rubro galero deco-  
ravit. Hic idem Anno Domini mille-  
simo quingentesimo decimo nono die  
decima septima Februarii primam lu-  
cem aspicerat, jamque aliquo abhinc  
tempore a Paulo III. summo Pontifice  
hac dignitate auctus erat, demum vero il-  
lum Henricus II. eo fine Romam able-  
gavit, ut ipsus a Papa galerum accipe-  
re posset: Porro cum hic Archiepisco-

E e 4                    pus